



DE 1720,4 400  
EXHEREDATIONE 37  
CONJVGVM

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

QVAM

EX DECRETO

JLLUSTRIS JCTORUM ORDINIS

IN ALMA ET PERANTIQA HIERANA

PRÆSIDE

D O M I N O

HUGONE FRANCISCO  
HUNOLD, J. U. D.

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-  
GUNTINI CONSILIARIO REGIMINIS, ET FACULTA-  
TIS JURIDICÆ DECANO, ETC. ETC.

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES

NEC NON

PRIVILEGIA DOCTORALIA

CAPESSENDI

HORIS LOCOQUE SOLITIS

AD DIEM I. JUL. ANNO MDCCXX.


PUBLICE VENTILABIT

FRIDERICUS AUGUSTUS  
GROSCHUPFF, SNEEB.

---

ERFORDIAE,  
Typis JOH. HENRICI GROSCHII, Academiae Typographiæ.





401

VIRO

PRÆNOBILISSIMO ATQVE CON-  
SULTISSIMO,

DOMINO

D. PAULO FRIDERICO  
GROSCHUPFFIO,

JCTO EXCELLENTISSIMO,

CONSULI  
CIVITATIS SNEEBERGENSIS

IN SIGNITER MERITO,

FRATRI GERMANO OBSEQVIOSE  
HONORANDO,

NEC NON

EVERGETÆ MAXUMO,  
PRÆSENTEM DISSERTATIONEM

INAUGURALEM

IN

MONUMENTUM  
ANIMI DEVINCTISSIMI  
NUNQVAM INTERMORITURUM


CUM VOTO PLURIES ITERATO  
**GRATIÆ COELESTIS OMNIGENÆ,**  
SALUTIS PUBLICÆ PROSPERE  
ADMINISTRANDÆ,  
INCOLUMITATIS INDELIBATÆ,  
**VITÆOVE ÆRUMNARUM NESCIÆ**  
**DIUTURNÆ.**

PATROCINIO AC AFFECTU VERE  
FRATERO PROPENSISSIMO  
SUMMA SIBI CONTENTIONE AMPLIUS  
EXPETITO

*VENERABUNDUS*

*OFFERT ET DICAT*

**FRIDERICUS AUGUSTUS GROSCHUPFF.**



DE  
EXHEREDATIONE CONJUGUM  
DISPUTATIONIS INAUGURALIS  
PROLOGUS.



Niquitatis exheredatio perpetram arguitur. Introducta est ut delicta in Parentes admissa vindicet, immorigerosque adeo liberos in officio retineat. Eapropter fulmen patrium communiter vocari sivevit. A Græcorum abdicatione, nec scitis Quirium ignorata, perhibetur originem sumisse. Proprie spectat ad illos, qui-

6 DE EXHEREDATIONE CONJUGUM.

quibus legitima debetur. Ast dubitandum non est quin ad Conjuges quoque, cum Portio statutaria cunctis suffragantibus sit instar legitimæ, dextra interpretatione accommodari queat. Quod argumentum compendiosius excutere placuit. Quos advertis, præfertim quod ad causas, lapsus benignius excusatum iri spero. Neque pigrabor emendare meliora doctus. Numen propitium supplex obsecro, ut labores porto secundet.

PRÆCIPUA CAPITA.

|  |  |
|--|--|
| <i>Ingressus</i> §. I.   | <i>Aliarum ditionum constitutionibus remissive</i> §. XII.                 |
| <i>Exhereditatio Conjugum</i> describitur §. II.                                     | <i>Causa exhereditationis unde petenda</i> §. XIII.                        |
| <i>In ordinariam &amp; extraordinariam</i> dispeſcitur §. III.                       | <i>In his computandum quando Conjuſx injuriis conjugem adſecit</i> §. XIV. |
| <i>Conjuges</i> §. IV.   | <i>Vetus reſtarī</i> §. XV.  |
| <i>Non desponsati</i> , niſi ſuccedant ex conventione §. V. ſubſunt exhereditationi. | <i>Malitijs deſerliquit</i> §. XVI.  |
| <i>Que nec inter separatos a thoro &amp; mensa cefſat</i> §. VI.                     | <i>Morbo correptum non curavit</i> §. XVII.                                |
| <i>De illius forma</i> §. VII.   | <i>Vile conjugis infidias ſtruxit</i> §. XVIII.                            |
| <i>De Conjugum ſucceſſione ex Jure Civili</i> §. VIII.                               | <i>Marius uxorem non aluit</i> §. XIX.                                     |
| <i>Pratorio</i> §. IX.   | <i>Conjuſx mæchatus eſt</i> §. XX.   |
| <i>Saxonico</i> §. X, XI.  | <i>Rei domesṭica nimis nocuit</i> §. XXI.                                  |
|  | <i>Gen-</i>  |

## DE EXHEREDATIONE CONJUGIS.

|  |   |
|--|---|
| <i>Conjugem frivole incusavit §. XXII.</i>   | <i>Aliquando indicis satis onerato sacramentum imponitur purgatorium §. XXX.</i>  |
| <i>Uxor maritum carcere detentum non redemit §. XXIII.</i>   | <i>Necessario in testamento perfecto facienda conjugis exhereditatio §. XXXI.</i> |
| <i>Conjux pravis hominibus adsortitur §. XXIV.</i>   | <i>Non in privilegiario §. XXXII.</i>   |
| <i>Ad religionem legibus imperii prohibitam transit §. XXV.</i>  | <i>Objecatio §. XXXIII.</i>   |
| <i>An alie superaddenda cause? S. XXVI.</i>  | <i>Eiusdem refutatio §. XXXIV.</i>  |
| <i>Ingratiatio conjugis est probanda §. XXVII.</i>   | <i>In bonis allodialibus tantum obitum §. XXXV.</i>                               |
| <i>Quomodo fiat probatio §. XXVIII.</i>  | <i>Quando non attendatur §. XXXVI.</i>  |
| <i>An conjugi super exceptione facti improbi in conjugem commissi possit juramentum deferri §. XXIX.</i> | <i>Epilogus subiungitur §. XXXVII.</i>  |

## S. I.

**M**utuo amoris ac fidei vinculo Conjuges connectuntur. Contingit vero saepius, ut suo non semper officio, eo, quo par erat modo, satisfaciant. Quocirca diversae Sanctionibus humanis determinatae sunt penae, 1.) quibus in mariti uxoris improbitatem pro sceleris magnitudine animadvertere fas est.

## S. II.

Ad illas pertinet quoque *Exhereditatio*. Quae est actus, quo Conjugus conjugem a portione lege vel *Padro* debita ex iustis causis in Testamento verbis expressis excludit.

## S. III.

1.) e. gr. mulcta, carcer, aliave arbitaria pena. MENCK.

ad ff. p. 749, §. 27.

## DE EXHEREDATIONE CONJUGUM.

### §. III.

Exheredationem hoc loco intelligimus Ordinariam, quæ fit in odium Conjugis. Cui contradistinguitur Extraordinaria, quæ fit in gratiam exhereditati, veluti si maritus obœratus, aut prodigus exhereditur, 2.) liberis ex eo institutis.

### §. IV.

In exheredationis materia nomine Conjugum veniunt, qui in connubio legitimo, eoque Benedictione Sacerdotali, & præterea consensione thalami consummato, vivunt. Etenim in his, similibusve solennitatibus, 3.) Jure Patrio omnis istorum successio innititur.

### §. V.

Unde colligitur evidenter, nec de præsenti de sponsatos exheredari posse, nisi forsitan instrumentis dotalibus inveniatur cautum, ut supervivens sponsa, nuptiis quamvis non subsecutis, es möge die Ehe vollzogen werden/ oder nicht/ 4.) ad universa sponsi præmortui bona sit admittenda.

### §. VI.

2.) arg. L. 16. §. 2. ff. d. Curat. fur. PHILIP. Us. Pr. Inf. L. 2. t. 11. Eclog. 54.

3.) v. c. adpositione in lectum, wann die Braut dem Bräutigam ins Bettel beizgesetzt wird. Quem morem

inter personas illas tres servari monet CARPZOV. P. 3. C. El. 19. D. 4. n. 7.

4.) Que clausula tanquam singularis cautela commendaatur. BETTER: ad ff. p. 435. lit. k,

404

### DE EXHEREDATIONE CONJUGUM.

#### §. VI.

Separatio cohabitationis, die Ehe-Scheidung von Tisch und Bettie/ auctoritate Judicis concessa, facultatem exheredandi minime tollit, cum successione non minus statutarum, quam paetitiam, conjugibus intemeratam relinquat. 5.)

#### §. VII.

Forma exheredationis conjugis consistit in totali privatione Portionis competentis. Hæc pro Jurium atque locorum diversitate magnopere variat.

#### §. VIII.

Jure Civili Novo 6.) Conjux superstes inops ex bonis defuncti divitis, si liberi ad sunt, juxta numerum eorum quartæ, aut virilis portionis, usumfructum, si adscendentes aut collaterales, proprietatem adquirit.

#### §. IX.

Prætorio Jure deficientibus agnatis & cognatis integrum conjuges nanciscuntur hereditatem, dummodo B. P. ab illis tempore præstituto sit petita, nec matrimonium ante mortem dissolutum. 7.)

#### B

#### §. X.

5.) P. 3. C. El. 26. v. es wäre dann die Ehe-Scheidung.  
6.) Vid. Nov. 53. c. 6. & Nov. 117. c. 5. B. STRUV. S. I. C. Ex. 38, ib. 39.

7.) L. unc. ff. unde vir & ux. cuius usus bodienum in Foro Germanico supereft. WERNHER. P. II. O. 485. n. s.

§. X.

Jure Saxonico maritus nullo discrimine, locuples sit, an pauper, nobilis an plebejus, in omnia bona mobilia uxorii, si geradica excipias, post ingressum thorii succedit. Ex quo vulgo heres dicitur mobiliaris.

§. XI.

Uxori nobili præter Geradam, omnes oves sexus feminini includentem, & sponsalitiam largitatem sive Morgengabam, Cibaria domestica, das Musthei/ nec non dotalitium, das Leib-Gedinge/ oder Wittbun: Ignobili Jure Saxonico *Communi* in casum inopie Portio Juris Civilis, *Electorati* liberis extantibus Quarta, alias Tertia pars hereditatis mariti adsignatur, si modo cuncta sua bona, etiam extra Electoratum sita, una cum Gerada conferat. 8.)

§. XII.

Plura cumulare nil attinet. Quamplurimos quippe successionem Conjugum ex legibus Provincialibus copiosius tradidisse notum est.

§. XIII.

Propter quas causas inter Conjuges exheredatio sit permissa, non perinde liquet. Omnino aliquas *Titulus: De his que ut indign.* At potiores pacti conjugalis *violatio* præbebit.

§. XIV.

8.) *Confer MENCKENIUM* | ubi singula plenius exponuntur.  
ad ff. p. 1070. §. 34. sequ.

## §. XIV.

Exheredationem ergo meretur si conjux coniugi palam maledixerit, infaustasque in eum voces jactaverit. 9.) Nec diversum existimandum, si maritus extra casum atrocioris transgressionis uxorem, quæ socia, suique juris est, verberaverit, aut ædibus expulerit. 10.)

## §. XV.

Si conjux facto conjugis testari, ultimumve elo-  
gium mutare prohibitus sit. 11.) Quod Romanorum  
placitis maxime contrariatur. His sanctum legitur:  
Nihil esse, quod magis hominibus debeatur, quam ut  
supremæ voluntatis liber sit stylus, & licitum, quod  
iterum non reddit, arbitrium. 12.)

## §. XVI.

Si Conjux alterum ex injusta causa in perpetuum,  
vel ad tempus, deseruerit. 13.) Sub malitiosa deser-  
tione pertinax quoque debiti Conjugalis denegatio  
recte comprehenditur.

## §. XVII.

Quando maritus uxorem morbo, aut furore la-  
borantem prorsus neglexit, in tantum, ut ei nec de  
B 2 medica-

9.) L. 9. §. 1. ff. d. his, qua ut  
indign, ibique BRUNN. n. 2.

10.) CARPZOV. P. 3. C. El. 26.

D. 6.

11.) L. 19. ff. d. t.

12.) L. 1. C. d. SS. Eccl.

13.) P. 3. C. El. 26. v. dñ. der  
Mann die Frau.

207

12 DE EXHEREDATIONE CONJUGUM.

medicamentis, nec de exploratae peritia medico prospexerit. 14.) Paupertatis obtentu non excusabitur, quoties magistratus opem expetere proposito malevolo prætermisit.

S. XVIII.

Quum conjux molitus est conjugis necem 15.) Cujusmodi facinus imprimis est detestandum. Præceptum juris connati absolutum & hypotheticum graviter violat. Ex quo fundamento conjugium in toto dirimere non inconvenienter a multis 16.) concluditur.

S. XIX.

Quando maritus, cui promissa dos soluta, nec ususfructus bonorum omainmodus ademtus, 17.) negavit uxori necessaria ad vitam alimenta. 18.) Quis quis

14.) CARPZOV. c. 4. D. 3 § 4.

15.) Ut ut exiūm non habuerit.

BERLICH. Pez. Concl. 30.

n. 12.

16.) Quibus subscribit quoque

B. STRYCKIUS Tr. d. Dis.

Spons. scđ. 5. §. 9. quo optime

doceat: Nullam esse maiorem

interconjuges perfidiam, quam

si vita alterius vim inferre flu-

deant.

17.) Quo si maritus caret, uxori

non prefat alimenta, pro-

miti Fac. Jurid. Lips. adno-

tante BARTHIO. Hodeg for.

p. 612, respondit his verbis:

D. a. d. hinwiedrum der  
Mann nach den Landpublischen  
Rechten den vollen  
ususfructum in des Weibes  
famlichen Vermögen  
zu genießen hat, in gegen-  
wärtigen Fall aber N. an  
sich behält und ihm N. nur  
ein gewisses überhaupt ent-  
richtet, so ist sie gestalten  
Sachen nach sich selbst  
zu veralimentieren verbun-  
den.

18.) De quorum significatu vid.

L. 43, § 44. ff. d. V. S.

406

quis hæc temere non subministrat, necandi animum induisse creditur.

## §. XX.

Quoties conjux adulterium voluntate dolosa commisso convictus est. 19.) Quod leges Justinianeæ ex concubitu cum aliena uxore; Nostrates ex non servata pactione connubiali metiuntur. 20.)

## §. XXI.

Si conjux rei familiari damnum dederit prægrande. Dolum aut culpam conjugis suppono. Casum fortuitum regulariter præstat nullus. Injustissimum ceteroquin est, uxoris malitia maritum ad incitas redigi.

## §. XXII.

Quando conjux criminis capitalis falso postulasse conjugem deprehenditur. Pessimus profecto putandus est hic ausus, cum conjugis innocentis vitam ac famam dubio crebrius periculo exponat.

## §. XXIII.

Si maritum ex causa civili incarceratedum uxor divers opum liberare noluerit. Sqvalore carceris nil durius. Inde non abs re malam eum mansionem nuncupant.

B 3

§. XXIV.

19.) CARPZOV. d. l. D. 91

P. 759. §. 4.

20.) TITIUS JUR. PRIV.

14 DE EXHEREDATIONE CONJUGUM.

§. XXIV.

Quoties conjux consuetudine malignorum hominum usus , quæ societatem & tranquillitatem communem oppido lœdunt, flagitiis frena laxat.

§. XXV.

Mutatio sacrorum , quæ stimulo conscientiæ suscipitur , cuivis est licita. Veruntamen cum conjux religionem in Imperio nostro haud toleratam amplectitur , exemplo filii filiæve exheredari posse videatur.

§. XXVI.

Quæ restant causæ , facili poterunt negotio ex jam recensitis deduci. Enimvero quæcunque penitus ab his discrepant, eas merito damnaveris.

§. XXVII.

Ingratum fuisse conjugem , reprobatione salva, reus rite probare tenetur. Actor haud dubie inficiabitur. Pervulgatum insuper est, maleficia in foro humano non præsumi.

§. XXVIII.

Fit probatio per duos testes idoneos , omni- que exceptione majores , itemque per instrumen- ta.

§. XXIX.

Nec actione conventus impeditur agenti v. c.  
mari-

marito super exceptione saevitiae erga uxorem perpetratae jurandum, siquidem civiliter, non criminally agatur, deferre. 21.) Quod ob concurens factum pro-

21.) E. g. Maritus ad res mobilis ex facultatibus uxorius morte extincte consequendas adversus heredem experitur h. m.  
ve contestatus exceptionem objecit aetoris conscientia hac committit formula.

N. N. Beklagter,

Contra

N. N. Klägern,

Erscheinet in Person, und geschehet 1.) daß er nach Absterben Klägers Ehefr. sich der von ihr hinterlassenen beweglichen Güter angemessen, und sie noch besitzet, er geschehet 2.) daß solche Klägern als Ehe-Mann, nach Sachsen-Recht gebühren, erinnert aber 2.) exceptive wie daß dessen Ehe-Weib ein Testament gemacht, worin sie Bell. zum universal Erben eingeschloß, hingegen Kl. deswegen exhereditari, weil er sie zum öfttern mit-Schlägen sehr übel traktiret, welches in der That auch sich also verhält, immassen Kläger ein halb Jahr vor dero Ableben als am-

2. Febr. anno ---- sie mit dem Degen in der Wohn-Stube dergestalt heftig verwundet, daß sie eine gute Zeit den Bars biebet brauchen müssen. Beklagter fordert demnach von Klägern auf die opponirte ex-

Klage  
N. N. Klägern,  
Contra  
N. N. Beklagten,  
Kläger saget, daß Beklagter nach Absterben Klägers Ehefr. sich der von ihm hinterlassenen sämtlichen beweglichen Güter angemessen, und sie noch besitzet. Nun dann aber solche Klägern, als Ehe-Mann, nach Sachsen-Recht gebühren; als fordert er von Beklagten Antwort, und bittet hierauf zu erkennen:

Dass Beklagter Klägern die libellirte mobiliens vermittelet eines richtigen Inventarii oder in dessen Erman- gelung, einer eydlichen Spe- cificatione nebst Erstattung verursachten Schaden und Unkosten auszuarbeiten und schuldig sey. Desuper &c.

Quo casu reus lumen adfirmari-

Etum proprium relationem respuere indubitatum est.

## §. XXX.

Quandoque juramento purgatorio locus erit, quoties sufficientia adversus conjugem reum reamve indicia militant. Ubi Parochum vel Confessionarium adhiberi expedit.

## §. XXXI.

Exheredatio conjugis in testamento, eodemque solenni, sive scripto, sive nuncupativo, inserta nominati admisi causa, verbis manifestis, 22.) pure & consulto, non calore iracundiæ, fieri debet.

## §. XXXII.

In testamento imperfecto & in codicillis facta via nullitatis laborat.

## §. XXXIII.

ception Einlassung in casum negationis voll er ihm dieselbe verb zum öfttern re. usque ad verb. verwundet re. in sein Gewiss- sen gesetzet, und sententiam interlocutoriam hierüber erwartet ha- ben.

ab actione proposita, expensis ab eodem receptis absolvitur.  
22.) Tacite conjux mala frugis non censetur ex heredatus, etiam si v. gr. uxor in testamento dixerit, se velle ut tota hereditas sine dedu- gione, ohne Abzug ad cognatos suos perveniat. Quorsum facit arg. Dec. El. Sax. 43. sie wäre denn von dem Testatore mit ausdrücklichen Worten.

Quod si factum imputatum ab negaverit actor, antegressa sententia jurare, vel Juro Saxonico consci entiam probationibus exonerare compellitur. Neutro electo, reus

## §. XXXIII.

Neque movet, quod in testamento privilegario exheredationem liberorum valere nonnulli contendunt.

## §. XXXIV.

Hæc opinio rationibus invictis minus sustinetur. 23.) Accedit, quod non inter descendentes, sed extraneos, coniux referatur.

## §. XXXV.

Restringitur exheredatio ad bona allodialia, ea que potissimum, de quibus jura testandi potestatem indulgent. In feuda namque, nisi sint hereditaria, vel specialiter investiti, Conjuges nequitam succedunt. 24.)

## §. XXXVI.

Denique nullum sortitur effectum, cum obtigit ex causa legibus non comprobata, vel quando remissio ingratitudinis expresse taciteve 25) intervenisse demonstratur.

## C

## §. XXXVII.

23.) Consentientibus SCHILTERO Ex. ad ff. 38. §. 129.  
BERGERO in Oec. jur. p. 356, Not. 6.  
24.) I. F. 15. HORN, Juris.

Prud. Feud. c. 16. §. 15.  
25.) Utpusasi coniux insens coniugi nocenti aliquid in testamento legaverit. BERLICH, d. l. n. 31.

S. XXXVII.

Ita primas duxisse lineas sufficiet. Quare pro-  
sixiorem Commentationem ratus inutilem copta  
cum DEO

F I N I O.

## COROLLARIA.

I.  
**P**œna stupri voluntarii actibus Ju-  
risdictionis inferioris, non supe-  
rioris, accensetur.

II.  
Mulieris negotium præcise pera-  
gendum est coram illo Judice, qui  
specialem constituit Curatorem.  
Quo non observato, erit invalidum.

III.  
Testamentum iimperito literarum  
haud prælectum non valet.

IV.

IV.

Mulcta poenitentiali, Neuer Kauf/  
soluta, a conventione altera parte  
invita recedere nequicquam quis  
tentat.

V.

Pro alimentis nec Jure Civili, nec  
Saxonico, pignus legale uxori in bo-  
nis mariti competit.

VI.

Hereditatis petitioni civili trigin-  
ta annis cum in extraneis tum in li-  
beris præscribitur.

VII.

Res pecunia dotali emta non fit  
dotalis.

VIII.

Filius familias in causa Patris pot-  
est esse Procurator.

IX.

ix.

Ad pertinentias feudales præter destinationem in actum deductam prærequiritur Investitura, die würdliche Beleihung.

x.

Ex retractu testamentario datur actio in rem.

xi.

Actuarii Jure retentionis Actorum aduersus dominos Jurisdictionis uti nequeunt.

xii.

Leuterationis prosecutio & appellationis justificatio mandatum exposcunt speciale.



TA-OC (1+12)

56.



W18





DE 1720,4  
**XHEREDATIONE  
CONJUGVM**

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
QUAM

QVAM

EX DECRETO  
LUSTRIS FCTORUM ORDINIS  
IN ALMA ET PERANTIQA HIERANA  
PRAESIDE

D O M I N O  
UGONE FRANCISCO  
HUNOLD, J. U. D.

INENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-  
NTINI CONSILIARIO REGIMINIS, ET FACULTA-  
TIS JURIDICÆ DECANO, ETC. ETC.

**PRO LICENTIA  
UMMOS IN UTROQVE JURE HONORES**

NEC NON  
PRIVILEGIA DOCTORALIA  
CAPESSENDI

HORIS LOCO QVE SOLITIS  
AD DIEM I. JUL. ANNO MDCCXX.  
PUBLICE VENTILABIT

RIDERICUS AUGUSTUS  
GROSCHUPFF, SNEEB.

ERFORDIÆ,  
Typis JOH. HENRICI GROSCHII, Academia Typographia.